Monachus vero ad omnia respondebat, et enarvabat quæ Muhammed citissime memoriæ mandabat, et cum domum reversus erat, omnia Arabibus narrabat, addendo. Sic dicit Dominus. Quadam vero die cum invenisset Arabas quodam in orbem sedentes, cum illis voluit etiam sedere et de variis disserere. Statim vero vertigine correptus in terram cecidit et procubuit. sese volvens et revolvens, dentibus stridentibus et ore spumanti, quod vobis inter orandum admodum familiare est, o Musulmanni, et idem facere sæpissime consuevistis, præcipue ii qui apud vos vocantur Phoracidæ. Nam cœtus solent congregare, gestantes instrumenta musica, cytharas, tympana, edentes cannabi capita et partes superiores, et bibentes vinum coctum. Surgunt vero simul omnes recti, musici vero pulsant instrumenta musica. Phoracidæ vero saltant clausis oculis pronique in terram et cernui. Vulgi autem et plebis corona cum liberis, plaudunt manibus, et inverecundo boatu aera feriunt. Capite vero prono sic saltant, et tandem cadunt miseri stridentes dentibus, et ore quasi rabioso et furente spumantes. Quod se facere jactant tanquam Muhammedis imitatores et servum pecus. Circumstantes vero clamant: Angelus! Angelus! hoc est, Angelus cum illo locutus est. Sequenti vero die si aliqui ibi occurrant, petunt ex astantibus, cujusdam os majori spumæ copia dealbesceret, quo designato statim ad illius pedes advolant, illos comprehendunt et osculantur, asserentes illum vidisse angelum, sicut ipse Muhammed. Me pudet totius istius fabulæ tam male consultæ et fabricatæ. An mendacii me potes circa hæc insimulare, o Agarene. Sed ut ad Muhammedem ipsum redeam, ille ad seipsum reversus, et rogatus, quomodo contigerant quæ modo passus erat, respondit: Vidi angelum, quo viso ita turbatus fui. Aderat vero tunc ibi Abutalepus, qui Muhammedem aluerat. Qui domum reversus, uxorem suam adoritur et monet his verbis: Ne in posterum Muhammedem ut servum et mercenarium habeas, nam hodie vidit angelum.

Ὁ δὲ ἡσυχαστὴς ἐξετπεν αὐτῷ περὶ πάντων, καὶ συνετύγχανεν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ἐκτίθου ἐμάνθανεν. Καὶ ἐν τῷ εἰσέρχεσθαι εἰς τὰ ἴδια διελέγετο μετὰ τῶν Ἀράβων, ὅτι Τάδε λέγει Κύριος. Μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν εὗρεν Ἀράβων πλῆθος κύκλῳ καθεζομένων, καὶ καθίσας μετ' αὐτῶν διελέγετο, καὶ ἐξαίφνης ἔπεσεν χαμαὶ κυλιόμενος καὶ τρίζων τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ καὶ ἀφρίζων, ᾧ δὴ καὶ μάλιστα μέχρι τοῦ εὔξασθαι συνήθως ὑμεῖς οἱ Μουσουλμανοί ποιεῖν εἰώθατε, ἐξαιρέτως οἱ Φορακίδες ποιοῦντες συναγωγὴν, καὶ φέροντες μουσικὰς, καὶ κιθάρας, καὶ τύμπανα, τρώγοντες τὰ ἄκρα τῶν κανάβων, καὶ πίνουσι τὸν ἐψητὸν οἶνον, καὶ ἀνίστανται ὀρθοὶ ἅπαντες, καὶ οἱ μὲν μουσικοὶ κρούουσι τὰς μουσικὰς, οἱ δὲ Φορακίδες ὀρχοῦνται ἀσκεπεῖς κούτουλοι, καὶ οἱ κοσμικοὶ, καὶ οἱ λαϊκοὶ μετὰ τῶν παίδων αὐτῶν κρούουσι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας, καὶ ἀναιδῶς φωνάζουσι. Καὶ οἱ κουτοῦλοι ὀργοῦνται καὶ οὕτως κατασείονται ἐνταλαμένοι, καὶ ἀφρίζουσιν. Καὶ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν τρίζουσιν, πρὸς μίμησιν τοῦ Μουχάμετ. Καὶ βοῶσιν οἱ περιεστῶτες. Ἄγγελος, ἄγγελος, τοῦτ' ἔστιν, Ἄγγελος λελάληκεν μετ' αὐτοῦ. Τῇ δὲ ἐπιούριον, εἰ μὴ πραπύχῃ τις ἐκεῖσε, ἐρωτῶσι τοὺς περιτυχόντας ἐκεῖσε, ποῖος ἐξ αὐτῶν ἐπὶ πλεῖον ἀφρίζει, καὶ μαθόντες περὶ αὐτοῦ, κρατοῦσι αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ ἀσπάζονται αὐτοὺς, Ὅτι, λέγοντες, εἶδε τὸν ἄγγελον, ὡς ὁ Μουχάμετ. Αἰσχύνομαι οὖν σοῦ ἄκρα ἀκτίστου παντός. Διαψεύδομαι κατ' αὐτῶν, ὦ Ἀγαρηνέ; Καὶ εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν ὁ Μουχαμὲτ, ἠρωτήθη πῶς γεγόνασι τὰ περὶ αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν, Ἄγγελον Θεοῦ εἶδον, καὶ γέγονεν οὕτως. Παρέτυχε δὲ ἐκεῖσε καὶ ὁ τρέφων αὐτὸν Ἀπουταλέπης, καὶ ἐλθὼν ἐσπέρας εἶπεν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ· Μὴ ἔχῃς ἐτι τοῦ νῦν τὸν Μουχάμετ ὡς μισθωτόν σου, ὅτι σήμερον εἶδεν τὸν ἄγγελον.

Singulis vero diebus redibat Muhammedes ad monachum otiosum, et multa ab illo discens, eadem postea ad populum narrabat, illisque plebem imbuebat. Vespera vero quadam Abutalipes, in dictis Muhammedis fraudem aliquam latere veritus, illum sic adoritur, ego te per longum temporis spatium alui et fovi, nunc: Ergo in officiorum erga te meorum qualemcumque compensationem, dic mihi sincere quid videris cum epumans et stridens in humum cecidisti. Respondit Muhammed: Hoc est principium meæ propbetiæ, et, o domine mi, ego spatio

Καὶ ὁ Μουχάμετ ἀνερχόμενος καθ' ἑκάστην πρὸς τὸν ἡσυχαστὴν, καὶ μανθάνων παρ' αὐτοῦ ἔλεγεν πρὸς τὸν λαὸν ταῦτα διδάσκων αὐτούς. Μιᾷ οὖν ἑσπέρᾳ λέγει αὐτῷ ὁ Ἀπουταλέπης, ὁ καὶ θρέψας αὐτὸν· Μουχάμετ, ἐγώ σε ἀνέθρεψα, καὶ ὁμολόγησαί μοι ἐν ἀληθείᾳ τί εἶδες, ὅταν ἔπεσες χαμαὶ ἀφρίζων καὶ τρίζων τοὺς ὀδόντας. Ὁ δὲ Μουχαμετ λέγει· Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς προφητείας μου. Καὶ ἀπό τοῦ νῦν ἐγώ, κύριε, τριακοντα νυχθήμερα θέλω νηστεῦσαι, ἵνα λεπτὸς γένωμαι, ὡς ἄγγελος, καὶ ὅταν ἔρχεται ὁ ἄγγελος, συντυγχανω αὐτῷ. Καὶ αὐτὸς ἐτρόφετο καθ'

ἑκάστην μετὰ τοῦ Παχυρᾶ. Καὶ ὁ μοναχὸς διὰ τὸ βαπτίσαι αὐτὸν, ἀνέτρεφεν. Ἐσφέρας δὲ γενομένης ἤρχετο κορεννύμενος, καὶ οὐκ ἐδείπνει. Ἔλεγεν οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀπουταλέπης ὁ θεῖος του· Θέλω ἵνα μοι ἐξείποις πᾶσάν σου τὴν ὑπόθεσιν. Βλέπω γὰρ οὐκ ἐσθίεις οὐδόλως τι· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι καθ' ἑκάστην περιπατεῖς, καὶ τὸ ἑσπέρας κατάκοπος ἔρχεσαι. Ἀνάγγειλον οὖν ἡμῖν, ὅ τι χρηματιζόμενος. Λέγει αὐτῷ ὁ Μουχάμετ· Ἐὰν θέλῃς ἐξειπεῖν με, σώρευσον πρῶτα τὸν λαὸν τοῦ Μακᾶ, καὶ ἐρχόμενος αὔριον ἀπὸ τοῦ ὄρους εἶπω σοι πάντα κατενώπιον αὐτῶν. Οὗτοι δὲ οὐκ ἐνόησαν, ὅτι ἐκ τοῦ καλογήρου διδάσκεται καὶ τρέφεται, ἀλλ' οὐδὲ ὁ μοναχὸς ἐτόλμησε πρὸς τινα τῶν Ἀράβων ἐξειπεῖν, ὅτι σχολάζει παρ' αὐτοῦ ὁ Μουχάμετ, ἵνα καὶ βαπτίσῃ αὐτὸν, καὶ διδάξῃ, καὶ διαφύγῃ ἀπὸ τῶν Ἀράβων τὸν κίνδυνον.

triginta dierum et noctium, volo jejunus vivere et a cibis prorsus abstinere, ut tenuis et subtilis evadam instar angeli, et cum ad me accedet angelus, sic potero facilius cum illo sermones et colloquia miscere. Ille vero clam et privatim singulis diebus alebatur apud Pachuram. Et monachus iste ut illum tandem ad baptismum perduceret, illi victum suppeditabat. Vesperi vero redibat bene pastus et ventre plenus, et tunc se nolle cœnare simulabat. Ad illum vero sic tandem infit avunculus illius Aboutalipa: Ego volo ut mihi significes totam istam tuam agendi rationem. Video enim te singulis diebus ad montes discedere, te vesperi redire labore confectum et exhaustum, et tamen te nihil prorsus gustare et edere. Declara ergo nobis quo oraculo et commercio hoc facias. Ad ista regerebat Muhammed: Si velis me istud quidquid est negotii, enarrare, congrega primo populum et incolas Meccæ, et sequenti die, ex montibus rediens, ego omnia declarabo in conspectu omnium, et stante populi numerosa corona. Illi vero ignorabant quod a Calogero seu monacho docebatur, et alebatur, nec monachus Arabibus audebat revelare quod Muhammed apud se hæreret et moraretur, ut exerceretur, doceretur, baptismo tingeretur, et isto silentio periculum ab Arabibus certo intentandum, se declinaturum sperabat.

Ὁ δὲ Ἀπουταλέπης εἰς τὸν Μακᾶ σωρεύων τὸν λαὸν, καὶ λεγων εἰς τοὺς προεστῶτας τῶν Ἀράβων υἱῶν, ὅτι Εἷς ἐξ ἡμῶν ἐφανη προφήτης τοῦνομα Μουχαμετ νηστεύσας ἡμέρας τριακοντα, καὶ δεῦτε τοῦ ἰδεῖν αὐτὸν. Καὶ ἀκούσαντες αὐτοὶ, ὅτι χοϊκὸς ἄνθρωπος νηστεύσας ἡμέρας λ', καὶ οὐκ ἀποθνήσκει, μεγαλως ἐδόξασαν τὸν Θεὸν, καὶ ἠκούσθη τοῦτο εἰς πᾶσαν τὴν γῆν Ἀράβίας. Καὶ συναχθέντες ἦλθον μετά τοῦ Ἀπουταλέπη, καὶ λέγει αὐτοῖς· Καθίσατε ὧδε, ὅτι ἑσπέρας μέλλει ἐλθειν. Ἐλθόντος οὖν τοῦ Μουχάμετ, συναγείρονται πάντες εἰς συνάντησιν αὐτοῦ, καὶ ἐδόησεν ὁ ἀναθρέψας αὐτὸν Ἀπουταλέπης, Καλῶς ἦλθεν ὁ φωστὴρ τῆς Ἀράβίας, ὁ νηστεύσας τριάκοντα νυχθήμερα. Καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι ἔφριξαν, καὶ ἐτρόμαξαν. Λέγει ὁ Μουχάμετ, Ἄκουσε, θεῖε Ἀπουταλέπη, καὶ ἀνάτροφε μου, μετὰ τοῦ λαοῦ σου, ὅτι ὅταν ἤλθα εἰς τὴν Δαμασκὸν, τὴν ὑστερινὴν φοράν, καὶ ἔχασα τὸ καμῆλι, καὶ ἔδειρές με, καὶ ἐδίωξές με ἀπὸ τοῦ οἴκου σου. Καὶ ἀπὸ λύπης μου ἦλθον εἰς τὸ Βασιλικὸν πηγάδι, καὶ ἔπεσον ἐκεῖσε, καὶ ἀπεκοιμήθην. καὶ εἶδον ὄναρ, ὅτι ὁ ἥλιος κλίνει καὶ προσκυνεῖ με. Καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐγείρομαι φοβούμενος, καὶ ἐννοιαζόμενος οὐκ εἶπον πρός τινά τι τὸ σύνολον. Ἀπῆλθον οὖν εἰς τὰ ὄρη, ἐν οἷς πρότερον τὰς καμήλους ἔβοσκον, πρὸς τὸ ἀναβῆναί με, καὶ εὑρὼν πέτραν, ἐκάθισα ὑπὸ ταύτης, τὴν σκιὰν διανοούμενος τὸ ὅραμα. Καὶ ἦλθεν φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ πρός με λέγουσα· Μουχάμετ, μὴ ἐννοιάζου ὑπὲρ τοῦ ὁράματος. Ἄπελθε, καὶ νήστευσον ἡμέρας τριάκοντα, καὶ στάφη Ηδε, ἵνα εἴπω σοι.

Tunc ergo Abutalepes Meccam se contulit, populum congregavit, sicque populi magnates et nobiliores est allocutus: Unus inter nos propheta exortus est, Muhammed nimirum, qui triginta dierum jejunium facile potest tolerare; venite ergo, ut tantum prodigium intueri et videre possitis. Audientes vero illi quod homo terrenus jejunio triginta dierum non enecaretur, maximis laudibus Deum celebrarunt, et statim miraculi rumor et fama pervasit totam Arabiam. Congregati ergo venerunt cum Abutalipa, qui ad illos dixit: Se lete hic, nam circa vesperam venturus est propheta. Accedente ergo Muhammede, surrexerunt omnes, et in illius occursum ruerunt, boante et clamante Abutalipe, Muhammedis patrono et altore: Gratissimus advenit sol Arabiæ, cujus vires triginta dierum jejunium non potest exhaurire. Quibus auditis, turbæ statim horrore et tremore corripiebantur. Os vero suum in hæc verba solvit Muhammed: Audi, Abutalepe avuncule, tu qui benignitate tua me fovisti et aluisti; audi, inquam, tu et populus tuus. Cum ultima vice Damasco redirem, et camelum amisissem, verberibus me excipiebas, et domo tua pellebas. Mœrore vero cruciatus et errans, tandem perven in Regium aliquem fonticulum seu puteum regia cura excavatum. Statim vero procumbebam, et somno me totum permittebam. Contigit vero me somnium habere, et videre solem ex alto se demittentem et humili et prostrata luce me adorantem. Sequenti vero mane experrefactus, totus cohorresco, et dubius quid rei esset, totum negotium nulli significavi. Profectus ergo more solito ad montes ubi camelos pascebam, cum ego ascenuissem, inveniebam petram, cui insidens, incipiebam animo visionem meam volvere, et illam pro umbra et re prorsus vana reputare. Statim vero vox e cœlo erumpebat dicens: Muhammed, ne te turbet anxia de visione cogitatio; abi, macera te jejunio triginta dierum, et postea huc revertere ut quid sit agendum tibi significem.

Οὕτως ἤκουσα, καὶ ἐπλήρωσα ἡμέρας, λ' νήστης, καὶ λ' νύτας, καὶ ἀπέρχομαι καθ' ἑκάστην πρὸς σήν,

His auditis triginta dies et triginta noctes prorsus jejunus peregi, et solus reversus ad petram

astitit mihi homo nomine Gabriel cujus vultus splendebat ut sol, vestes ut arcus cœlestis radiabant, et forma orisque elegantia omnino conspicuus. Sermonibus vero inenarrabilibus et miris me adoriebatur. Nunc vero, si vultis, audite me, et obtemperate mandatis et voluntati illius qui misit me, et si ego aliquid vobis enarravero, illud ne pereat et elabatur, maxima cura scriptis consignate. Ille autem solus revertebatur ad monachum, a quo docebatur, deinde rediens, ea quæ audiverat enarrabat, desultoria levitate ab uno ad aliud transiens, et modo quædam promens de Adamo, modo de Davide, modo de Abrahamo, modo de Christo, modo de Noe, modo de Salomone quædam effutiebat, et quæcunque dixerat, ea scripto excipiebant, et quilibet sibi servabat ea quæ illi excidebant, et falsa vaticinabatur. Per annos ergo septem ascendens in montem et descendens, discebat a Pachuro ea quæ annuntiabat, imponens et illudens miseris Borboritis, apud quos impudenter jactabat, angelum Dei nomine Gabrielem e cœlo descendere, qui illum talibus revelationibus informaret et erudiret.

πέτραν, καὶ ἔρχεται ἄνθρωπος τούνομα Γαβριὴλ, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ λάμπων, ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ, ὡς τὴν θέαν τοῦ τόξου τοῦ φαινομένου ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ πάνυ ὡραῖος τῷ εἴδει. Καὶ συντυγχάνει μοι ἄῤῥητα ῥήματα. Ἀρτίως ἐὰν θέλετε, ἀκούσατέ μου, καὶ ποιήσατε τοῦ πέμψαντός με τὸ θέλημα, καὶ εἴ τι λέγω ὑμῖν, γράψατε ταῦτα. Καὶ αὐτὸς ἀπῄρχετο καθεκάστην πρὸς τὸν μοναχὸν, καὶ διδάσκεται παρ' αὐτοῦ, καὶ κατερχόμενος ἐκεῖθεν ἐδίδασκε ταῦτα ἀπὸ ἄλλο εἰς ἄλλου, ποτὲ μὲν ἐκ τοῦ Ἀδὰμ, ποτὲ δὲ ἐκ τοῦ Δαβὶδ, ἄλλα μὲν ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἄλλα δὲ ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ, ποτὲ μὲν ἐκ τοῦ Νῶε, ποτὲ δὲ ἐκ τοῦ Σολομῶντος. Καὶ ὁ Μουχάμετ εἴ τι ἔλεγεν εἰς τὸν λαὸν, οὕτως ἔγραψαν, καὶ ἐφύλαξεν ἕκαστος εἴ τι ἔφθασεν, καὶ ἐψευδοπροφήτευσεν. Χρόνους ζ' ἀναβαίνων εἰς τὸ ὄρος, καὶ καταβαίνων ἐμάνθανεν ἐκ τοῦ Παχυρᾶ καὶ ἐκήρυττεν οὕτως, καὶ πλανῶν αὐτοὺς ὡς βεβορβορωμένους, καὶ ἔλεγεν, ὅτι Ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνει ἄγγελος Κυρίου τὸ ὄνομα Γαβριὴλ, καὶ ἀναγγέλλει μοι.

Habuit ergo avunculos quatuor, primus fuit Abutalepes, qui enutrivit Muhammedem, secundus Otmanes scriba, qui Alcoranum scripsit, tertius Apoutsales, qui mendacii Muhammedem arguit, cum assereret se ad cœlos usque ascendere. Quartus vero Abtulchabes. Otmanes autem, cum aliquid narrabat Muhammedes, illud statim aure, corde, fide hauriebat. Certo vero quodam die dixit avunculo suo Abutalepi, et hoc confidenter et pluribus astantibus, quod nimirum ea ipsa nocte ad Deum evolasset, sedissetque cum illo tam proxime quam supercilium astat supercilio, imo et habens pedes indutos suis ipsis sandaliis, et cum illo ore ad os, familiarissimos miscuisset sermones. Deum vero in has erupisse voces: Gratissimus mihi advenisti, Muhammed, desiderio maximo flagravi te videre, per gloriam meam, nisi tu exstitisses, et tuus erga me affectus et amor, non creassem cœlum, nec terram, nec angelos, nec totum genus humanum. Nunc vero est mihi populus electus. Et jussit avunculum suum Otmanem ut ista omnia scriptis diligenter mandaret. Scripserunt ergo, et ista didici ex ipsis tuis scriptis, o Musulmane, et sic de veritate possum te confutare et refellere. Sed, quæso, quomodo Dei timore non percelleris, quomodo saltem hominum pudore et verecundia non suffunderis, cum talibus inanibus doctrinis te morigerum et obsequentem præbes? Sequenti vero die surgens illius avunculus Abutelepes, illius altor et enutritor, his verbis illum adoritur: Ab eo tempore quo apud nos talia miranda et inaudita jactitare et docere incœpisti, elapsi sunt septem anni. nunc manifesta et confirma inter nos veritatem eorum quæ promere soles. Dicis te in cœlum ascendere, te Deo familiariter uti, et ab illo te audire mira et quæ vix exprimi possint. Sed ut Arabes tibi fidem habeant, quo miraculo te commendas? Exero virtutem tuam in patratione

Ἔτυχεν οὖν θείους δ', ὁ μὲν πρῶτος Ἀπουταλέπης ὁ ἀναθρέψας τὸν Μουχάμετ, ὁ ἕτερος Ἠθμάνης ὁ γραμματικὸς, ὁ γράψας τὸ Κουράνιον, τρίτος ὁ Ἀπουτζάλης, ὅπου εἶπεν τοῦ Μουχάμετ· Ψεύδεσαι, ὅτι ἀνέβης εἰς τὸν οὐρανόν. Καὶ ὁ τέταρτος ὁ Ἀμπτολλχάβης. Ὁ δὲ Ὀθμάνης, εἴτι ἤκουεν ἐκ τοῦ Μουχάμετ, ἐπίστευεν. Μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν λέγει ὁ Μουχάμετ πρὸς τὸν θεῖον αὐτοῦ Ἀπουταλέπη παῤῥησίᾳ τῶν περιεστώτων, ὅτι ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἐκάθισεν ἐνώπιον αὐτοῦ, ὡς ἀπὸ ὄφρυν εἰς ὄφρυν, μαλλον δὲ φορῶν καὶ τὰ σανδάλια μου, καὶ συνέτυχον αὐτῷ στόμα πρὸς στόμα. Καὶ ἐδόησεν ὁ Θεὸς πρός με, καὶ λέγει μοι, Καλῶς ἦλθες πρός με, Μουχάμετ, ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦ ἰδεῖν σε, μὰ τὴν δόξαν μου, ἐὰν οὐκ ἤσουν καὶ ἡ ἀγάπη σου πρός με, οὔτε τὸν οὐρανὸν ἔμελλον ποιῆσαι, οὔτε τὴν γῆν, οὔτε ἀγγέλους, οὔτε γένος ἀνθρώπων. Νῦν δὲ λαός μου ἐξαίρετος. Καὶ λέγει τὸν θεῖον τοῦτον Ὀθμάνη γράψαι τὰ λεγόμενα ἐπιμελῶς. Ἔγραψον οὖν ταῦτα, ἀπὸ τῶν σῶν γραμμάτων ἔγνων ὦ Μουσουλμανὲ, καὶ ὑπὲρ ἀληθείας ἐλέγχω σε· πῶς οὐ φοβῆσαι τὸν Θεὸν, καὶ ἐρυθριᾷς ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τοιαύτης ἀκολουθῶν διδασκαλίαις; Τῇ δὲ ἐπαύριον ἀναστὰς ὁ θεῖος αὐτοῦ Ἀπουταλέπης ὁ ἀναθρέψας αὐτὸν εἶπεν· Ἐπτὰ χρόνοι εἰσὶν, ἀφ' οὗ τοιαῦτα ἄῤῥητα ῥήματα προφητεύων καὶ λέγων ἡμῖν, νῦν φανῇ ἡ ἀλήθεια σου ἐν ἡμῖν, σὺ εἰ ὁ ἀναβὰς εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ συντυχὼν τῷ Θεῷ ἄῤῥητα ῥήματα, πῶς θέλεις πιστεῦσαι σε πάντες οἱ Ἀῤῥάβες; ποιητόν τι μικρὸν σημεῖον, καὶ ἰδόντες αὐτὸ πιστεύσομεν. Λέγει αὐτῷ ὁ Μουχάμετ, ὅτι Ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ σωρεύθητε πλησίον μου, καὶ ὑποδείξω ὑμῖν σημεῖον τοιοῦτον· σχισθήσεται ἡ σελήνη εἰς δύο παρ' ἐμοῦ, καὶ τὸ μὲν ἥμισυ σταθήσεται εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς, τὸ δὲ ἕτερον εἰς δύσιν. Καὶ ἐσωρεύθησαν, οἱ δὲ συναφείας οὔσης, καὶ εἶπεν, Ἐγὼ πεποίηκα, ὑμεῖς δὲ οὐκ οἴδατε τὸ θαῦμά μου, ὡς ἀνάξιοι.

signi cujusdam vel exigui, ut omnes persuadeantur et convincantur. Respondit illi Muhammed: Hac ipsa nocte ad me conveniatis, et tale miraculum omnium oculis videndum exhibebo. Videbitis lunam in duas partes scissam, quarum una in oriente, altera in occidente radios suos disseminabit. Convenererunt ergo, et aere tenebris offuso et obnubilato, dixit Muhammed : Miraculum patravi, sed non potuistis illud videre, indigni quippe estis qui meum miraculum oculis usurparetis.

Καὶ ἔχετε οὕτως μέχρι τοῦ νῦν γεγονὼς, καὶ γράφει A τοῦτο ἡ γραφή σου. Ἀναστὰς δὲ ὁ ἕτερος αὐτοῦ θεῖος ὁ Ἀπουτζάλης λέγει, Ἐὰν οὐκ ἴδω μικρόν τι σημεῖον μετὰ τῶν ὀφθαλμῶν μου, οὐ μὴ πιστεύσω εὐκολώτερον ζητῶ σε ποιῆσαι τοῦτο, σὺ λέγεις ὅτι εἰς τοὺς (οὐρανοὺς) ἀνέβης μίαν διασκέλισιν, ὑψώθητι οὖν ἀπὸ τῆς γῆς σπιθαμὰς τρεῖς, καὶ κρεμάσθητι, ἵνα διαβάσω τὸ σπαθί μου ὑποκάτω τῶν ποδῶν σου, καὶ τότε πιστεύσομέν σοι ἀπ' ἀρχῆς ἕως τέλους. Ἰδὼν δὲ ὁ Μουχαμετ τὸ ἄπορον αὐτοῦ ἐβόησεν, λέγων πρὸς τὸν λαὸν, Ὁ Ἀπουτζάλης ὁ θεῖός μου θανάτῳ τελευτήσει. Καὶ οἱ μὲν φρόνιμοι τοῦ λαοῦ ἔλεγον τὸν Μουχάμετ, Εἴτι λέγει ὁ θεῖός σου, κάκε, καὶ λέξον αὐτὸν, εἰ δὲ καλῶς καὶ ἀληθῶς λέγει, διὰ τί κελεύεις τὸν λαὸν τοῦ φονεῦσαι αὐτόν ; Οἱ δὲ πλείονες μωροὶ ὄντες ἐβόησαν, Ἀληθῶς ὁ προφήτης λέγει, καθὼς μαρτυρεῖ B καὶ ἡ θυγατηρ αὐτοῦ Φατμὰ ἡ ἰδοῦσα αὐτὸν ἀναβάντα εἰς τὸν οὐρανόν. Καὶ ἀνατείνας ὁ Μούχαμετ τὴν σπάθην πρὸς τὸν θεῖον αὐτοῦ, καὶ ἰδόντες τὸ κοινὸν τοῦ λαοῦ ἐφόνευσαν αὐτὸν, καὶ ἑτέρους πολλοὺς σὺν αὐτῷ. Δύνασαι, ὦ Μουσουλμανὲ δεῖξαί με, ψεύδομαι, καὶ οὔ ; Καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης ἐδογμάτισεν ἕως τεῦ νῦν, Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν Μουχάμετ ἀπόστολον Θεοῦ, καὶ προφήτην εἶναι, ξίφει ἀποθνεῖν. Καὶ ἐκράτησε τοῦτο χρόνους ϛ', καὶ διὰ τὸν φόβον τοῦ θανάτου συνήχθη λαὸς πολύς.

Et huc usque apud vos viget istius rei memoria et hoc igitur scripto consignatum in libris vestris. Alter vero Muhammedis avunculus Abutsales astitit etiam, et se nullo modo crediturum asseruit nisi aliquod saltem vel levissimum videret miraculum. Hoc quod facillimum est rogo ut facias. Dicis quod unico passu cœlos potes ascendere, et unica plantarum excussione. Attolle ergo te ipsum ex terra in altum, et sis ita pendulus in aere a terra distans spatio trium palmorum ut possim sub pedibus tuis ensem meum movere et agitare. Quod si feceris, omnia quæ narras a principio ad finem, firmissima fide hauriemus. Videns vero Muhammed incredulitatem avunculi, et se nulla via elabi posse, clamavit ad populum: Abutsales, etiamsi avunculus meus, statim morte plectatur. Regerebant inter populum sapientiores: Si aliquid pravi excidit avunculo tuo, quare illum non mones? si vero bene et vere locutus est, quare iniquissima sententia vis illum a populo trucidari, Plurimi vero, mera stultitiæ et dementiæ ludibria clamarunt: Vera loquitur Propheta, quod testimonio suo etiam comprobat illius filia Phatima, quæ illum vidit in cœlos ascendentem. Unde animos capiens Muhammed ensem evaginavit contra avunculum suum, et illius exemplo commotæ turbæ strictis etiam gladiis illius avunculum confoderunt et cum illo multos alios etiam trucidarunt. An tu potes, o Musulmanne palam facere me mentiri vel non. Et ab illo tempore ad nunc usque, istam barbaram disseminavit doctrinam : Si quis non credat et confiteatur Muhammedem apostolum Dei esse et prophetam gladio statim interimatur. Hoc vero obtinuit per annos sex, et metu mortis multi congregati sunt qui partes Muhammedis foverent et tuerentur.

Καὶ ἀκούσαντες οἱ ἐκεῖθεν Ἄραβες, ὅτι ἀδίκως C χάνει τὸν λαὸν, καὶ συνήχθησαν πλῆθος πολὺ, καὶ ἦλθον κατὰ πάνω τῶν πιστευσάντων τὸν Μουχαμετ, καὶ ἐτζάκισαν αὐτοὺς διὰ πολέμου καὶ καμηλίων εἰς γῆν Μαδιαμ. Καὶ φυγὼν ὁ Μουχάμετ εὗρεν σπήλαιον, καὶ διεσώθη μέσον νυχθήμερα τρία. Καὶ σὺ λέγεις αἰσχυνόμενος, ὅτι ἐν μιᾷ ῥοπῇ ἐσκεπάσθη ὑπὸ τῆς Ἀρχάνης. Καὶ γίνωσκε ὅτι παντα οἴδα τὰ φλυαρήματα σου, καὶ παριστῶ σοι αὐτὰ. Λοιπὸς νυκτὸς ἔφυγεν ὁ Μουχαμετ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ ῥηθὲν κάστρον καὶ ἐναπομείνας λαὸς ἠκολούθησαν οἱ καὶ πιστεύσαντες αὐτόν. Εἰσῆλθεν οὖν ὁ Μουχαμετ εἰς ὀσπήτιον, καὶ ἐκρύβη ἀπὸ τοῦ φόβου τῶν Ἀράβων. Εὗρον δὲ τὸν θεῖον αὐτοῦ τὸ Ἀποπακρην, καὶ ἐκράτησαν αὐτόν. Δεῖξον ἡμῖν, λέγοντες, τὸν Μουχαμετ. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἀποπακρης μεθ' ὅρκου · Μὰ τὸν Θεὸν D ἡμῶν τὸν ἐλεοῦντα καὶ ἐλεημένον, ἵνα ὑπάγω καὶ εὕρω αὐτὸν, ἐὰν μὲ ἀπολύσητε, καὶ δέσω αὐτὸν ἐξ ἀγκώνων, καὶ φέρω πρὸς ὑμᾶς. Ἐλθὼν οὖν ὁ Ἀποπακρης εἰσῆλθεν εἰς τὸν Μουχαμετ, καὶ εἶπεν, Ἦλθον πρός σὲ τοῦ ἐπαρειν σε ἐξ ἀγκώνων δεδεμένον, καὶ ἀγαγεῖν σε εἰς τοὺς Ἄραβας. Καὶ ἀναστὰς ὁ Μουχαμετ ἐνηγκαλίσατο αὐτόν, καὶ ἔσφιγξεν σφόδρα,

Quod cum audivissent Arabes ibi commorantes quod nimirum tam injuste periret tantus populariorum numerus, inter se convenerunt et agmine facto irruerunt in Muhammedis sectatores, quos bello et camelorum ministerio fregerunt et profligarunt in terra Madian. Fugiens vero Muhammed invenit speluncam, in qua per tres dies et noctes delitescens tandem salvus evasit. Inverecunde vero dicis quod in antro ob periculum latens araneæ tela obductus fuerit. Unde potes cognoscere mihi comperta esse omnia tua deliria, et me illa tibi sincere repræsentare. Rursus vero fugit Muhammed, et ingressus est urbem seu castram aliquod, una cum turbis, quæ illius dogmata nimis faciles crediderant. Ingressus est ergo diversorium seu, hospitium et metu mortis quam Arabes illi certam intentabant ibi diu latuit. Invenerunt vero isti Arabes alium Muhammedis avunculum Ababakerum, illoque correpto dixerunt : Indica nobis ubi lateat Muhammedes; dixit Abubaker cum juramento : Si me dimittatis, si Muhammedem inveniam, per Deum miseratorem et misericordem, illum manibus et brachiis vinctum ad vos deducam.

Venit ergo Abubaker ad Muhammedem, et illi dixit: A ad te accessi, ut te brachiis vinctum et constrictum ad Arabas perducerem. Exsurgens vero Mohammed, Abubakerum ulnis et brachiis complexus est et ita vehementer illum stringebat et comprimebat, ut jam animi deliquium videretur passurus. Regerebat ergo Abubaker: Miserere mei, potentissime Dei serve, nunc ego agnosco te esse prophetam et apostolum Dei. Illi vero sic infit Muhammed: Si vera dicis, o Abubaker, operas et consilia nostra simul uniamus et sociemus. Dixit vero Abubaker: Arma capesse cum populo tuo et veni mecum ut Arabas deleamus, illi quippe sunt imparati et otio sepulti.

ὥστε ὀλιγοθύμησεν. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἀποπάκρης· Ἐλέησον, ὦ δοῦλε τοῦ Θεοῦ· νῦν γὰρ ἔγνων, ὅτι προφήτης εἶ σὺ, καὶ ἀπόστολος Θεοῦ. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Μουχάμετ· Ἐὰν ἀληθεύεις, Ἀποπάκρη, ἐνωθήσει καὶ σὺ μετ' ἐμοῦ. Καὶ εἶπεν ὁ Ἀποπάκρης τῷ Μουχάμετ· Ἁρματώθητι μετὰ τοῦ λαοῦ σου, καὶ ἐλθὲ μετ' ἐμοῦ, ὅπως ἐξαφήσωμεν αὐτοὺς, ὅτι ἀμέριμνοί εἰσιν, καὶ ἀρματώθησαν.

Continuo ergo ad arma proruperunt, et Abubaker cum Muhammede subita irruptione fregerunt Arabas, et ab illo tempore victor semper evasit. Videntes vero turbæ Muhammedem ubique victorem, ad illum majori copia in dies confluxerunt. Et Muhammed de novo ex junioribus et præstantioribus, exercitum conscripsit, et veniens Meccam profligavit Arabas, et urbem et arcem expugnavit. Viribus vero auctis omnes circumjacentes regiones occupavit. Et legem fixit qua sanciebatur, ut si quis Muhammedem prophetam et apostolum Dei non confiteretur, statim morte plecteretur, et metu mortis numerosissima turbarum copia, illius vexilla sequebatur, et illius doctrinam amplectebatur. Sic varias Arabum plagas et urbes occupavit, tandemque pervenit ad locum nomine Tsumtsum, id est, puteus profundus. Juxta vero puteum erat urbs seu castrum nomine Susaita, id est, lapis niger et obscurus, quod cum expugnassent, in illo captivam comprehenderunt vetulam quamdam cum septem liberis suis. Illam vero sic sunt adorti: Tu cum liberis tuis, crede in Muhammedem, et in Deum illius, quia est propheta et apostolus Dei. Illa autem sic ad eos: Quæso illum statim videam, et cum illo conferam. Qua confestim ad Muhammedem perducta, dixit: Quare te vocas prophetam et apostolum, qualis est Deus tuus; ego quidem Venerem et Phosporum sidus pro numinibus habeo, tu vero qualem Deum habes et colis? Respondit Muhammed: Est alius Deus, habet servos Michaelem et Gabrielem. Illius sum apostolus. Dixit vetula: Ubi habitat iste Deus quem annuntias? Muhammed palmas ad sidera tollens, respondit: Habitat in cœlo. Urgebat vetula: An tu solus illum nosti, an vero populus tuus etiam tecum illum novit? An illius vox accedit ad vocem hominum terrenorum, an vero ab illa discrepat. Respondit Muhammed: Nec ego Deum novi, et primores populi ad illius cognitionem non potuerunt etiam assurgere. Instabat vetula: Quomodo hæc quadrant? modo dicebas te unico passu et quasi unica subsultatione te cum sandaliis tuis cœlos ascendere et te ad Deum usque pervenire; nunc vero dicis te non nosse Deum. Quomodo potes ergo illius propheta et apostolus vocari? Sic est, inquit Muhammed, sed Gabriel archangelus Dei ad me quotidie accedit et ea mihi revelat quæ vobis annuntio. Pergebat vetula, et dicebat: Cum accedit ac loquitur angelus, an tu solus illum an vero populus illum etiam audit?

B

C

D

Τῶν οὖν ὁ Ἀποπάκρης τὸν Μουχάμετ, καὶ ἀπῆλθον πρὸς τοὺς Ἀράβας, καὶ ἐνίκησεν ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας. Ἰδόντες ὁ λαὸς τοῦ Μουχάμετ νικήσαντα, ἐμαζώθη πολὺς λαὸς, καὶ ἐπουσάτευσεν ἐκ νέων ὁ Μουχάμετ κατεπάνω τους, καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν Μακᾶ ἐτζάκισεν τοὺς Ἀράβας, καὶ ἀνελάβετο τὸ κάστρον. Καὶ ἐνεδυναμώθη, καὶ ἔλαβεν τὰ περίχωρα, καὶ ἐνομοθέτησεν· Ὅστις οὐ λέγει τὸν Μουχάμετ προφήτην καὶ ἀπόστολον, θανάτῳ τελευτήσει. Καὶ διὰ τὸν φόβον τοῦ θανάτου πολὺς ἀριθμὸς ἐγένετο μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐπίστευσεν αὐτόν. Καὶ ἔλαβεν κάστρη καὶ χώρας τῶν Ἀράβων, καὶ ἐλθὼν εἰς τόπον λεγόμενον Ζουνζούμην, τοῦτ' ἔστιν βυθὸς βαθύς. Καὶ ἐγγὺς αὐτοῦ ἦν κάστρον ὄνομα Σουσαΐτε, τοῦτ' ἔστιν μαῦρον λίθον, καὶ παρέλαβεν αὐτὸ διὰ πολέμου. Κρατήσαντες γοῦν γυναῖκα γραῦν σὺν ζ' τέκνοις, καὶ εἶπον αὐτῇ· Πίστευσον σὺν τοῖς τέκνοις σου εἰς τὸν Μουχάμετ, καὶ εἰς τὸν Θεὸν αὐτοῦ, ὅτι ἐστὶν προφήτης καὶ ἀπόστολος Θεοῦ. Λέγει αὐτοῖς· Ἄς ἴδω αὐτὸν, ἵνα συντύχω μετ' αὐτοῦ. Ἀπήγαγον οὖν αὐτὴν πρὸς αὐτὸν, καὶ φησι πρὸς τὸν Μουχάμετ· Πόθεν καλεῖς ἑαυτὸν προφήτην, καὶ ἀπόστολον, καὶ ποτός ἐστιν ὁ Θεός σου; Ἐγὼ Θεὸν γινώσκω, τὴν Ἀφροδίτην, τὸ ἑωσφόρον ἄστρον, ἐσὺ ποῖον τὸν Θεὸν καλεῖς; Λέγει αὐτῇ· Ἄλλος Θεός ἐστιν. Ἔχει δοῦλον Μιχαὴλ καὶ Γαβριήλ. Ἐκείνου εἰμὶ ἀπόστολος. Λέγει ἡ γραῦς· Καὶ ποῦ κατοικεῖ αὐτὸς ὁ Θεὸς, ὃν λέγεις; Καὶ εἶπεν αὐτῇ· Ἐν τῷ οὐρανῷ, ἄνω δείξας τῇ χειρί. Λέγει ἡ γραῦς· Σὺ μόνος οἶδας αὐτὸν, ἢ καὶ ὁ λαός σου; καὶ ἡ φωνὴ αὐτοῦ, ὡς ἡ ἡμῶν χοϊκῶν ἐστιν, ἢ παρ' αὐτὴν ξένη; Λέγει ὁ Μουχάμετ· Οὐδ' ἐγὼ οἶδα τὸν Θεὸν, οὔτε οἱ περιεστῶτες. Λέγει ἡ γραῦς· Σὺ λέγεις, ὅτι μίαν διασκέλισιν ἀνέβης εἰς τὸν Θεὸν σὺν τοῖς σανδαλίοις σου. Καὶ τώρα λέγεις, Οὐκ οἶδα αὐτόν; πῶς καλεῖσαι προφήτης καὶ ἀπόστολος; Λέγει ὁ Μουχάμετ· Ἀλλὰ ἀρχάγγελος Θεοῦ ἔρχεται πρός με καθ' ἑκάστην τὸ ὄνομα Γαβριὴλ, καὶ ἀναγγέλλει μοι περὶ ὧν λέγω. Λέγει ἡ γραῦς· Ὅταν σου λαλεῖ ὁ ἀρχάγγελος, σὺ μόνος ἀκούεις, ἢ καὶ ὁ λαός σου;

Si omnes audiunt, omnes sunt apostoli archangeli, et tu gratiam aliquam et beneficium aliquod peculiare jactare non potes. Si vero solus audis, archangelus est apostolus, tu vero prorsus nihil; te-

Εἰ μὲν σὺν τοῖς ὄχλοις, πάντες εἰσὶν ἀπόστολοι τοῦ ἀρχαγγέλου, καὶ σὺ χάριν οὐκ ἔχεις. Εἰ δὲ σὺ μόνος, ὁ ἀρχάγγελος ἐστιν ἀπόστολος, καὶ σὺ οὐδέν, σὺ οὖν ἑαυτὸν ἀπόστολον μὴ καλεῖς. Λέγει ὁ Μουχά-

μετ' Στρέψον σεαυτὴν, μή πως κατακόπῃς σὺ, καὶ τὰ τέκνα σου διὰ ξίφους. Φησὶ δὲ ἡ γραῦς· Φοβήθητι τὸν Θεὸν, ὃν γινώσκεις. Πρῶτον πρόσταξον τὰ τέκνα μου κατακοπῆναι, εἶτα ἐγὼ, μή ποτε πολλάκις ὀπίσω μου ἐναπομείναντα οἱ παῖδες ὡς ἄφρονες καὶ μωροὶ πιστεύσουσιν ἐν ἐσφαλμένοις δόγμασί σου, καὶ γενώμεθα ἀρνηταὶ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Λέγει δὲ ὁ Μουχάμετ· Ἕνα μόνον εἰπὲ, ὅτι ὁ Μουχάμετ ἐστὶν προφήτης καὶ ἀπόστολος, καὶ ἀπολύσω σε, καὶ σὲ, καὶ τὰ τέκνα σου. Λέγει ἡ γραῦς· Ἅπαξ μὴ γένοιτο εἰπεῖν μετὰ τῶν τέκνων μου τοιοῦτον λόγον. Προστάξει οὖν τοῦ Μουχάμετ κατέκοψαν τὰ τέκνα τῆς γραὸς, εἶτα αὐτὴν ἐπάνω τῶν τέκνων αὐτῆς. Τότε λέγει ὁ Ἀπουταλέπης ὁ θετος αὐτοῦ, ὁ καὶ ἀνάτροφος τοῦ Μουχάμετ.

Μέγα κρῖμα ἐγένετο εἰς τὴν γραῦν, καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς· εἰ μὲν γὰρ ἐψεύδετο, εἶχες ἐλέγξαι αὐτὴν, εἰ δὲ ἀληθῶς, διὰ τί ἀντὶ τοῦ σῶσαι, ἀπώλεσας; Λέγει αὐτῷ ὁ Μουχάμετ· Ἀληθῶς ἀνέθρεψάς με, ἀλλ' οὖν ἤθελα δεῖξαι τὰ θελήματα τοῦ Θεοῦ ποιῶ, καὶ σὺ ἀνθίστασαι; φύλασσε μὴ ἀποῤῥίψω τὴν αἰδὼ τῆς ἀνατροφῆς, καὶ φονεύσω σε. Λέγει ὁ Ἀπουταλέπης· Ἐγὼ οὐ πιστεύω Θεὸν, οὗ εἰσιν τὰ θελήματα αὐτοῦ, ὅσα ἂν σὺ ποιεῖς. Λέγει ὁ Μουχάμετ· Οὐ πιστεύεις, ὅτις με ἀπόστολος Θεοῦ; Λέγει· Μὴ γένοιτο. Καὶ ὥρισεν ὁ Μουχάμετ τηνικαῦτα κατακοπῆναι. Καὶ ἐποίησαν οὕτως. Ἀληθῶς πάντως ἀληθεύειν με, μέχρι τοῦ νῦν ἔχουσι τῶν τοιούτων τρόπων τῶν ἐδδελυγμένων. Καὶ ἕτερον σημεῖον· σὺ λέγεις εἰσέρχεσθαι εἰς τὸν Μακᾶ ὑμῶν ὡς ἐπ' εὐχῇ, λιθοβολεῖτε τὸν τόπον τοῦτον. Καὶ ἐρωτώμενος, ὦ Μουσουλμανέ, Διὰ τί λιθοβολεῖτε τὸν τόπον; καὶ λέγετε, ὅτι οὐκ ἐπίστευσεν ὁ Ἀπουταλέπης τὸν Μουχάμετ. Καὶ ἕτερον σημεῖον λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐγγὺς τοῦ τόπου ἐκείνου ἐστὶν φρέαρ τοῦ νῦν Ζουνζούμην, ἔχον πολὺ ὕδωρ, καὶ τοὺς φυγοντας ἐκεῖσε ἔβαλλον. Καὶ σὺ πεπλάνησαι, καὶ ἅγιον τόπον λιθοβολεῖς, καὶ ἐν τῷ ὑποστρέφειν ἐκ τὸν Μακᾶ λαμβάνεις ὕδωρ ἐν τοῦ φρέατος ἐκείνου. Καὶ κομιζόμενος εἰς τὴν οἰκίαν ἀντὶ εὐλογίας, καὶ εἰς ἑτέρας χώρας, καὶ ἐρωτώμενος παρ' ἐμοῦ. Τί ἐστιν τὸ ὕδωρ τοῦτο, καὶ πόθεν ἔχει τὴν εὐλογίαν; καὶ λέγετε· Τοῦτο ἐστι τὸ ὕδωρ τὸ Ζουνζούμην, ὅτι ποτὲ ὁ υἱὸς τοῦ Ἀβραὰμ ἐκοιμήθη ἐκεῖ, καὶ ἐξυπνίσας ἐδίψησεν, καὶ μὴ εὑρίσκων ὕδωρ, ἔτριψε τὴν πτέρναν αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐξέβη τὸ ὕδωρ, καὶ παρέκει ἐστὶν βωμὸς, καὶ ἀναβαίνει ὁ λαὸς ὑμῶν, καὶ ποιοῦσιν ἡμέρας γ', καὶ βοῶσιν οὕτως λέγοντες, πρὸς τὸν Θεὸν δεόμενοι· Τί κελεύεις; ἐκ τρίτου, καὶ ἐρωτώμενος παρ' ἐμοῦ, Τίνος χάριν τοῦτο ποιεῖτε; λέγετε, ὅτι τὸν Ἀδὰμ, καὶ τὴν Εὔα ὧδε ἥνωσεν ὁ Θεὸς, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων φλυαριῶν φλυαρεῖτε καὶ τοῦτο εἰσκατε. Φεῦ τῆς ἀτοπίας καὶ τοῦ τολμήματος, ἄθεον ποιεῖν τὸν Θεόν!

ipsum ergo apostolum non amplius voces. Respondit Muhammed: Converte te, ne tu liberique tui gladio pereatis. Dixit vetula: Time Deum quem nosti. Primo vero decerne ut liberi mei capite truncentur, ego vero postrema supplicio quo volueris plectar. Ne forsan liberi post me superstites, stultitia et mentis impotentia moti, credant erroneis tuis dogmatibus, et Dei nostri cultum et cognitionem ejurent. Dixit Muhammed: Proferas tantum hæc verba: Muhammed est propheta et apostolus Dei, et te cum liberis dimittam salvos et incolumes. Respondit vetula: Absit ut talia verba vel semel nobis excidant. Jubet ergo furens Muhammed ut liberi interimerentur, et eorum funera, matris funere cumularentur. Ad hæc excipiebat Abutalipes avunculus et enutritor Muhammedis:

Certe magna injuria affecta est ista vetula cum liberis suis; nam si mentiebatur et errabat, arguenda et docenda erat, si autem vera esset illius fides, quare illam interimere potius quam illam incolumem dimittere voluisti? Dixit Muhammed: Revera tu me aluisti, sed ostendam quod voluntatem Dei facio, tu vero audes contradicere. Cave ne omni memoria et conscientia beneficiorum tuorum remota, te statim interimam. Dixit Abutalipes: Ego non credo in Deum istum, cujus sunt opera ea quæ facis. Excipiebat Muhammed: Non ergo credis me esse prophetam Dei? Dixit Abutalipes: Absit ut hoc credam! Unde furoris æstro percitus Muhammed jussit ut statim occideretur, quod factum est. Me autem verum dicere testatur consuetudo et mos qui inter abominandos ritus vestros usurpari solet. Unum quippe signum soletis afferre ex iis qui Meccham ad orandum ingrediuntur. Solent quippe hunc locum lapidibus impetere. Et interrogati Musulmanni quare lapides sic projiciant, respondent ideo id fieri quia Abutalipes noluit credere Muhammedi. Altero vero signo te confutaturus sum. Nam juxta istum locum est puteus Tsumtsum in quo maxima aquarum copia, a quo, accedentes, solent arcere et ejicere. Et tu impostor et deceptus, lapidibus impetis locum istum Sanctum. Et cum Mecca reverteris domum, aquam ex isto puteo accipis quam loco benedictionis tibi servas, et in alias regiones soles circumgestare. Et a me interrogatus qualis est ista aqua, et unde istam benedictionem hauserit et contraxerit; respondetis: Est aqua Zumzum, quia ibi filius Abrahami somno obrutus dormivit, excusso vero sumno, cum siti urgeretur, nec adesset aqua qua sitim restingueret, calcaneo terram trivit et pulsavit, et statim aquæ scaturire et manere incipiebant; juxta vero est altare, ad quod populus accedit, et statione trium dierum ibi commoratur, incondita voce clamans et orationes fundens ad Deum, et dicens: Quid præcipis? Tertio rogati quoque a me quare hos faciatis, respondetis quia Adamum et Evam ibi Deus matrimonio copulavit, et hoc figmento et dolirio, vestras alias nugas et ineptias cumulatis. Vah absurditatis et temeritatis, qua Deus fit atheus!

Καὶ προάγων, μετὰ δὲ τοῦ φονευθῆναι, τὴν γραῦν μετὰ τοὺς παῖδας αὐτῆς, καὶ τὸν Ἀπουταλέπη,

Sed pergo. Postquam Muhammed occidisset vetulam istam cum liberis suis, et Abutalepum, re-

versus est cum exercitu suo in urbem Medinam, et ibi maximam bonorum copiam: Acquisivit et sibi comparavit. Dixit vero turbis, archangelus Dei mihi adfuit jubens ut discedam in provinciam et terram Marada ad posteros avi mei, illosque revocem ab erroribus quibus nunc sunt immersi: Ego autem discedens vobis relinquo Abubakerum, ut vos hortetur, doceat et confirmet in iis quæ audivistis. Tristitia vero non vos corripiat, nam brevi revertar ego, interea Abubakero estote morigeri. Abiit ergo de loco in locum, et de provincia in provinciam. Dei autem viventis et sapientissimi providentia contigit ut perveniret in locum ubi illius avus et Corasiotæ pugna inter se conflixerunt. Rogaverunt ergo illum quis et cujas esset. Respondit: Sum ex genere Corasiotarum. Pergebant et repetitis quæstionibus urgebant, ut possent tandem nosse quale esset nomen illius. Dicebant ergo: Quo indicio comprobas te esse incolam regionis quam memoras, et in qua dicis habitasse avum tuum? Et ipsis significavit quomodo locus vocaretur Marada. Contigit vero, inquiebat, ut duo fratres, bello inter illos exardescente, mutuo se vexarent. Unde avus meus debuit fugere, solum vertere, et alibi sedes quærere. Ex istis vero verbis animadvertebant illum vera dicere. Quærebant ergo quodnam esset illius nomen. Dixit ipsis. Ego vocor Muhammed, et sum propheta et apostolus Dei. Ad quæ regerebant: Rumor apud nos pervenit revera prophetam excitatum ex urbe Medina; an tu ille ipse est? Statim respondebat: Utique sum ille ipse; insuper vero audite a me tremendum mysterium: tanto me Deus amore prosecutus est, ut assumptus fuerim in cœlos celsissimos, cum meis ipsis calceis, et sedi juxta Deum tam proxime quam supercilium unum astat alteri supercilio. Et illum cognovi, et ab illo cognitus sum, me prophetam vocavit et renuntiavit, et dixit mihi: Absque amore quo te prosequor, foret ut nec cœlum nec terram condidissem. Imo nomem tuum, inscriptum est circa thronum meum, et illius characteribus quasi superbit et gloriatur.

Astantes vero cum ista audirent, quasi lacrymas fundentes et suspiria imo pectore trahentes illum irridebant, et dicebant: Si tu vera narras, nec in dictis fraus ulla latet, velis significare quomodo in cœlum ascenderis. Dixit illis: Pedem Hierosolymis tanquam scalæ imposui, altero autem cœlos ipsos penetravi. Quibus auditis uno ore clamarunt: Gloria sit Deo miseratori et misericordi qui voluit unico gressu hominem terrenum ad cœlos usque assurgere; gratias quas possumus maximas rependimus potentissimo phosphoro sideri matutino, Deo misericordi et miseratori, qui misericordia nos est prosecutus et ex genere Corasiotarum prophetam præstantissimum sicut te elegit et excitavit. Mansit vero apud illos spatio duodecim dierum cum illis, singulis diebus disserens et varios sermones miscens. Cum vero inter se confabularentur dixerunt ad illum: O Muhammed, electe Dei, aliquando avus noster habuit equam omnino mirandam, et quæ secundum in tota Arabia non haberet: veniens vero pater tuus Abtulas, avum

Ἐστράφη ὁ Μουχάμετ μετὰ τὸ φυσάτον αὐτοῦ εἰς τὸ κάστρον Ματινὰ, καὶ ἐποίησε κτητόριον μέγα, καὶ εἶπεν τοῖς ὄχλοις· Ὁ ἀρχάγγελος Κυρίου ἐλθὼν πρός με καὶ τάδε φησί· Ἄπελθε εἰς χώραν Μαραδὰ εἰς τὰ γονικὰ τοῦ πάππου σου, ἵνα στρέψῃς λαὸν πεπλανημένον. Νῦν δὲ ὧδε ἀφίημι ὑμῖν ἀντὶ ἐμοῦ τὸν Ἀποπάκρην, ἵνα νουθετεῖσθε καὶ διδάσκεσθε ὑπὸ τὰ λεγόμενα ὑμῖν, καὶ μὴ λυπεῖσθε, ὅτι ἐγὼ ἐν σαντόμῳ στρέφομαι, καὶ ἔχετε τὸν Ἀποπάκρην. Ἀπῆλθεν ἐκ τόπου εἰς τόπον, καὶ ἀπὸ χώρας εἰς χώραν, καὶ οἰκονομίᾳ τοῦ ζῶντος καὶ λογικοῦ Θεοῦ ἐπέπεσεν εἰς τόπον, εἰς ὃν ἐγένετο ὁ πόλεμος τοῦ πάππου αὐτοῦ μετὰ τοῦ Κωρέση. Καὶ ἠρώτησαν αὐτόν· Τίς εἶ; Καὶ ἐξεῖπεν αὐτοῖς· Ἐγώ εἰμι ἐκ γένους τῶν Κωρασιωτῶν. Ἐζήτησαν οὖν μαθεῖν ἅπαντες τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ τί σημεῖον ἔχεις ἐκ τῆς χώρας ἐκείνης, ἐν ᾗ κατοικεῖ ὁ πάππος σου λέγοντες. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς τὸ πῶς ἐκαλεῖτο Μαραδά. Συνέβη δὲ γένεσθαι ἐν μέσῳ τῶν δύο ἀδελφῶν πόλεμος. Καὶ ἀφῆκεν ὁ πάππος μου τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ ἔφυγεν, καὶ ἀπὸ τοῦ λόγου αὐτοῦ ἀνεγνώρισαν αὐτόν. Καὶ εἶπον· Σὺ δὲ πῶς καλεῖσαι; Λέγει αὐτοῖς· Τὸ ὄνομά μου εἶναι Μουχάμετ, καὶ ἦμαι προφήτης καὶ ἀπόστολος Θεοῦ. Καὶ εἶπον πρὸς αὐτόν· Ἠκούσαμεν, ὅτι προφήτης ἐγήγερται ἐκ τῆς γῆς Ματινὰ, καὶ μὴ σὺ εἶ; Λέγει αὐτοῖς, ὅτι Ἐγώ εἰμι, καὶ ἀκούσατε τὸ φρικτὸν μυστήριον ὅτι τοσοῦτον ἠγαπήθην παρὰ Θεοῦ, ὥστε ἀνηλῆφθαί με εἰς τὰ ὕψη ἐγγὺς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκάθισα σὺν τοῖς σανδαλιοις μου ἀπὸ ὑφρὺν εἰς ὀφρύν. Καὶ συνέτυχέ μοι ὁ Θεὸς ἄῤῥητα ῥήματα, καὶ ἐγνώρισα αὐτὸν, καὶ ἐγνωρίσθην παρ' αὐτοῦ, καὶ προφήτην ἐκάλεσέ με, καὶ εἶπέν μοι· Ἐὰν οὐκ ἦν ἡ ἀγάπη σου, οὔτε τὸν οὐρανὸν, οὔτε τὴν γῆν ἔμελλον ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ ὄνομά σου ἐγράφη τὸ γύρον τοῦ θρόνου μου.

Οἱ δὲ περιεστῶτες καὶ ἀκούοντες ἔκλαιον δῆθεν, καὶ ἐθρήνουν καταγελῶντες αὐτὸν, λέγουσιν αὐτῷ πάντες· Ἐὰν ἀληθεύεις, δεῖξον ἡμῖν ποῦ ἀνέβης εἰς τοὺς οὐρανούς. Λέγει αὐτοῖς· Ἐσκάλωσα τὸν ἕνα μου πόδα εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν ἕτερόν μου διεσκέλισα εἰς τοὺς οὐρανούς. Λέγουσιν αὐτῷ· Δόξα τῷ Θεῷ τῷ ἐλεοῦντι, καὶ ἐλεημένῳ, ὅτι ἄνθρωπος χοϊκὸς μετὰ ἑνὸς βαθμοῦ ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εὐχαριστοῦμεν τῷ μεγαλοδυνάμῳ ἑωσφόρῳ ἄστρῳ, τῷ ἐλεοῦντι καὶ ἐλεημένῳ, ὅτι ἠλέησεν τὸ γένος ἡμῶν, καὶ ἐξελέξατο ἐκ τοῦ γένους τῶν Κωρασιωτῶν ἄνθρωπον κατὰ σὲ ἐκλεκτόν. Ἔμεινε δὲ μετ' αὐτῶν ἡμέρας ιβ', καὶ μετ' αὐτῶν διαλεγόμενος, καὶ ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐτὸν λέγουσι πρὸς αὐτόν· Μωαμὲθ ἐκλεκτὲ τοῦ Θεοῦ, ποτὲ τὸν καιρὸν εἶχεν ὁ πάππος ἡμῶν φοράδα πάνυ θαυμαστὴν, ἧς δευτέραν οὐκ εἶχεν ἡ Ἀῤῥαβία, καὶ ἐλθὼν ὁ πατήρ σου ὁ Ἀπτουλὰς δέδωκεν αὐτοῖς τὴν εἰρήνην, ἵνα μείνωσιν ἀμέριμνοι. Καὶ διὰ νυκτὸς ἀνεῖλεν αὐτὴν διὰ μαχαίρας, καὶ τότε ἐξ αὐτοῦ διῆλθεν ὁ πόλεμος· τώρα οὖν παρακαλοῦμέν σε ὡς ὑπάρχεις ἐκλεκτὸς

τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι τὸν Θεὸν ἐγνώρισας, καὶ ἀκούει σου εἰς πάντα, ἀνάστησον τὴν φοράδα, ἣν ἐσκότωσεν ὁ πατήρ σου, καὶ ἡμεῖς πλέον θαῦμα οὐ ζητοῦμεν παρὰ σοῦ. Οὐ μόνον διὰ τὸν πόθον τῆς φοράδος λέγομεν, ἀλλὰ νὰ ἰδοῦσιν καὶ οἱ Ἄρραβες τὸ θαῦμα, κρὶ πιστεύσουσί σε, ὅτι ἀληθὼς προφήτης εἶ, καὶ ἀπόστολος Θεοῦ. Λεγει αὐτοῖς ὁ Μουχάμετ· Ὑποδείξατέ μοι ὑμεῖς τὸν τάφον, ἐν ᾧ ἐτάφη ἡ φορας. Λέγουσιν αὐτῷ πάντες· Οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἵνα ταφῇ, ἄλογον ἦν, καὶ ἐρρίψαμεν αὐτὸ, καὶ ἐβρώθη ὑπὸ τῶν θηρίων. Λέγει ὁ Μουχαμετ, Ἐπεὶ οὐ γινώσκετε τὸν ταφον, τί μέλλω ἀναστῆσαι; Λέγουσιν αὐτῷ πάντες· Ἐπειδὴ προφήτης εἶ, καὶ ἐκλεκτὸς τοῦ Θεοῦ, οὐ γινώσκεις τοῦ νεττται ἡ φορὰς; Ἀλλ' οὐ δύνασαι ἀναστῆσαι αὐτήν. Ἀλλὰ καλῶς σε εὕραμεν· καὶ ἀποστείλαντες εὗρον καμηλον μεμεθυσμένην, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, ὅτι Πάντως ἐκείνου υἱὸς ὑπαρχεις τοῦ δόντος τὴν εἰρήνην τῷ πάππου, καὶ τέλος πληρώσαντες, ἄδηλον, εἶτα κρατήσαντες αὐτὸν καὶ δήσαντες ὀπισθαγκώνων λέγουσιν αὐτῷ· Σὺ λέγεις ὅτι εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνέβης, καὶ ἀπήδησον ἐκ τῆς γῆς καὶ πέρασον ἄνωθεν τῆς καμήλου μὴ ἐγγίσαντες τῶν ποδῶν σου τὴν ῥάχην τῆς καὶ τότε πιστεύσομεν, ὅτι ἀνέβης εἰς τὸν οὐρανόν. Αὐτὸς δὲ πολλὰ σπουδάσας, καὶ μὴ δυναμενος, καὶ εἶπον ὅλοι πρὸς αὐτόν· Ἐλθὼν δέδωκεν ἡμῖν εἰρήνην νὰ χαώσῃς ἡμᾶς ἐκ τῆς πίστεως ἡμῶν.

A nostrum et suos, humana salutatione et officiosa est adortus ut illos incautos et incogitantes deciperet. Et revera noctu exsurgens equam gladio confodit et se clam proripuit, et hinc mali et belli causa, quod fratres erga se invicem ita exasperavit. Nunc autem te vehementer rogamus quod, cum sis Dei electus, Deum ipsum cognoscas, et te semper exaudiat, excita ex mortuis equam, quam pater tuus interfecit: quod præstito, nullum aliud miraculum a te postulabimus. Hoc vero rogamus, minus desiderio equæ recuperandæ, quam ut Arabes miraculum videant quo moveantur ad credendum te revera esse prophetam et apostolum Dei. Dixit Muhammed: Ostendite mihi sepulcrum in quo equa B condita jacet. Omnes uno ore regerunt: Non erat homo ut sepulcro conderetur; erat merum jumentum, et animal irrationale, et illam foras projecimus, et bestiarum latranti et voraci stomacho esca tandem evasit. Dixit Muhammed: Quandoquidem nescitis ubi sit illius sepulcrum, quomodo existimatis me posse illam ex mortuis excitare. Dixerunt omnes: Tu es propheta et electus Dei, et nescis ubi jaceat equa ista? multum abest ergo ut illam possis ad vitam revocare. Sed nos teipsum bene inveniemus. Et cum aliquos misissent, invenerunt camelam thure et vino inebriatam, quam cum adduxissent dixerunt ipsi: Revera tu es filius illius qui avi tui nomine salute impartita nostros decepit. Illum ergo corripuerunt manibus post terga revinctum, et dixerunt: Tu asseris quod in cœlos ascendisti, nunc vero saltu te in sublime attolle, et te excute supra camelæ dorsum adeo ut in illud pedibus tuis non impingas; tunc vero credemus te revera in cœlum ascendisse. Cum vero multa tentaret et tali experimento non posset se commendare, dixerunt ad illum omnes: Veniens nos salute sua est prosecutus et voluit nos quotquot sumus a fide nostra dimovere.

Καὶ δεικνύω σοι ἐγὼ ὁ Ἐδεσηνὸς μοναχὸς ποταπὴ εἶναι ὑμῶν ἡ πίστις, ἤγουν τοῦτο ἔλεγον πρός τὸ ἑωσφόρον ἄστρον, Τίς Θεὸς μέγας ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν; Καὶ οὐκ ἔστιν δικαιος πλὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν τοῦ ἐλεοῦντος, καὶ ἐλεημένου. Καὶ δόξα τῇ δυνάμει σου, Κύριε, Κύριε, μὴ χωρίσῃς ἡμᾶς τοῦ ἐλέους σου, ἀλλὰ σῶσον ἡμᾶς τῇ δυνάμει σου· Ἀμήν. Καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ἀνθρώπων ἐκ γένους τῶν Ἀῤῥάβων ὑπάρχει οὕτως· Θεόδουλος. Θεοχάριστος, Θεόκτιστος, Θεοστήρικτος, καὶ Θεόδωρος· μέχρι τοῦ νῦν γενεὰ μία τῶν Ἀῤῥάβων λεγόμενοι Κουλπιῶται, ἤγουν Σκυλιῶται, τοιαύτην πίστιν ἔχουσιν καὶ τὸν Μουχάμετ ἀναθεματίζουσιν. Λέγουσι πάλιν ὁ λαὸς τοῦ Μουχάμετ· Ἐπεὶ τὴν κάμηλον οὐκ ἠδυνήθης περάσαι, δεῖξον ἡμῖν σημεῖον τι μικρὸν. Ἐκεῖνος δεδεμένος ὢν, ἐξεῖπε· Ἀπὸ τοῦ νῦν οὐκ ἔχω σημεῖον πρὸς ὑμᾶς, ὅτι ἄπιστοί ἐστε. Λέγουσιν αὐτῷ· Σὺ εἶ ἄπιστος, ὅτι πολλὰς ψυχὰς ἀπώλεσας ἀδίκως. Καὶ δήσαντες αὐτὸν εἰς τὴν οὐρὰν τῆς μεμεθυσμένης καμήλου, καὶ κεντήσαντες αὐτὴν ἀπέλυσαν εἰς τὸν κάμπον, καὶ σκιαζομένη ἡ κάμηλος ποτὲ φεύγει, ποτὲ δὲ καταπατεῖ αὐτὸν κατὰ πρόσωπον, καὶ οὕτως κατεπατήθη ὑωὸ τῆς καμήλου, καὶ κακῶς ἐφονεύθη. Οὗτος ὁ βίος αὐτοῦ, καὶ τῶν πάππων αὐτοῦ, ὡς ἤκουσας, ὦ Μουσουλμανέ. Σὺ πρῶτον ὁμολόγησας, ὅτι ἑβδομήκοντα δύο φυλαὶ ἀπὸ τὸ γένος τῶν Μου-

C Ego autem monachus Edessenus qualis sit vestra et illorum fides, tibi palam faciam. Dicunt quippe Phosphoro: Quis Deus magnus sicut Deus noster? Et non est Deus justus et benignus præter Deum nostrum misericordem et miseratorem. Sit gloria virtuti tuæ, o Domine, Domine, ne nos separes et removeas a misericordia tua, sed libera et serva nos potenti robore tuo. Amen. Hæc vero sunt præstantiorum hominum nomina apud Arabas. Theodulus, Theocharistus Theoctistus, et Theostérictus, et Theodorus. Ad hæc autem usque tempora est una quædam familia Arabum qui dicuntur Colpiotæ seu Sculiotæ et talem habent fidem qua Muhammedem anathemate percutiunt. Iterum vero turbæ istæ Muhammedem adoriuntur dicentes. Quandoquidem D camelum saltu non potuisti superare, saltem vel minimum ostende nobis signum et miraculum. Ille adhuc vinculis constrictus respondit: Non eritis votorum compotes, nec ullum coram vobis patrabo miraculum, nam vos estis infideles et increduli. Illi statim regerunt: Tu ipse es infidelis, nam quamplurimos injustissime peremisti. Illumque caudæ camelæ inebriatæ alligarunt, quam aculeis vehementer pungentes per campos et agros dimiserunt. Illa vero ad umbras commoveri solita, modo fugiens illum trahebat, modo caput pedibus conculcabat; et

illum ita calcavit et contrivit camela, ut ad malam mortem ille tandem abierit. Hæc est illius et avorum vita, prout tibi narravi, o Musulmanne. Et tu primum confiteris ex toto genere Musulmannorum septuaginta duas familias seu tribus Muhammedem rejicere et anathematismis acerbissimis illum ferire. Secundo etiam asseris quatuor illius avunculos illum abnegasse, et tanquam impostori noluisse ei fidem habere unde ab illo injuste interempti fuerunt. Primus nutritor illius Abutalepes, secundus Apoutsales, tertius Amptoulcalepes, quartus Meebias. Muliercula vero litterarum rudis et agrestis, cum septem liberis suis, illum confutavit et pro nihilo habuit. Sed et nos Christiani hæredes regni cœlestis, et rectæ fidei legati et sacerdotes, prophetarumque vestigia indenisenter prementes, rejicimus maledictum et profanum Muhammedem, illumque stultum, vanum et impostorem renuntiamus.

A σουλμανῶν ἀρνοῦνται τὸν Μουχάμετ, καὶ ἀναθεματίζουν αὐτόν. Καὶ παλιν σὺ λέγεις, ὅτι καὶ τέσσαρες θεῖοι αὐτοῦ ἠρνήσατο τοῦτον, καὶ μὴ πιστεύσαντες αὐτὸν, ὡς ψεύστην, ἀδίκως ἐφονεύθησαν παρ' αὐτοῦ, ὁ πρῶτος ὁ ἀναθρέψας αὐτὸν Ἀπουταλέπης, δεύτερος ὁ Ἀπουτζάλης, τρίτος ὁ Ἀμπτουλκαλέπης, τέταρτος ὁ Μεεβολας. Καὶ ἡ γυνὴ μετὰ τῶν ζ' παίδων αὐτῆς, ἀγράμματος καὶ χωρικὴ ἤλεγξεν αὐτὸν, καὶ πεποίηκεν ἀντὶ οὐδενός. Ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς οἱ Χριστιανοὶ οἱ κληρονόμοι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανων, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως πρεσβευταὶ, καὶ τοῖς ὄντως προφήταις ἀκόλουθοι, ἐλέγχομεν τὸν κατάρατον καὶ βέβηλον Μουχάμετ, καὶ ῥύπαρον καὶ ψεύστην ἀποκαλοῦμεν.

Enim vero cum Musulmanni ad urbem Medinam proficiscuntur ut sacro cultu et orationibus defungantur, rogant incolas loci dicentes: Ostendite nobis sepulcrum Muhammedis ut illud veneremur et proni deosculemur. Respondent autem ipsis: Et quis potest eo temeritatis devenire, ut audeat intueri illius sepulcrum? Nam qui illud aspectu suo temeraverit statim oculis orbatur. Sed hoc est tantum occasio et prætextus, et totum istud negotium falsum est, et excogitatum ut populus decipiatur, ne ad veritatis cognitionem perveniat, et sic nuntium remittat prorsus despuendæ, vanissimæ et insulsissimæ superstitioni. Nam extra urbem Medina fabricarunt et ædificaverunt murum in circuli formam, per quem nullus datur aditus, et apud omnes famam disseminant ibi servari sepulcrum Muhammedis. sed neminem ad illud accedere ne illius curiositas oculorum privatione compensetur. Et successione vigit et obtinuit ista impostura usque ad sequentes Musulmannorum generationes.

B Ὡς δὲ οἱ Μουσουλμανοὶ ἀπερχόμενοι εἰς τὸ κάστρον Ματινὰ ἐπὶ τὸ προσεύξασθαι, ἐρωτῶσι τοὺς ἐκεῖσε ἐντοπίους λέγοντες, Ὑποδείξατε ἡμῖν τὸν τάφον τοῦ Μουχάμετ, ἵνα ἀσπασώμεθα αὐτόν. Καὶ λέγουσιν αὐτοῖς· Καὶ τίς τολμᾷ ἰδεῖν τὸν τάφον αὐτοῦ; Ὁ γὰρ ἰδὼν τὸν τάφον αὐτοῦ τυφλοῦται. Καὶ ἔστιν ἀφορμὴ τοῦτο καὶ πρόφασις, καὶ ὁ λόγος ψευδὴς, ἵνα ὁ λαὸς ἀπατᾶται, καὶ μὴ μάθῃ τὸ ἀληθὲς, καὶ οὕτως, ἀθετήσει τῇ καταπύστῳ καὶ γέλωτος ἀξίᾳ θρησκείᾳ. Ἐμηχανήσαντο γὰρ καὶ ἔκτισαν γύρωθεν τεῖχον κυκλοτερὲς ἀδιόδευτον ἔσωθεν τοῦ κάστρου Ματινὰ, καὶ διαφημίζουσιν, ἐς ἅπαντα τὸν λαὸν, ὅτι ἐντὸς τούτου ἐστὶν ὁ τάφος τοῦ Μουχάμετ, καὶ οὐ δύναταί τις ἰδεῖν, ἵνα μὴ τυφλωθῇ. Καὶ κρατεῖ ἡ τοιαύτη πλάνη εἰς τοὺς διαδόχους εἰς τὰς καθεξῆς τῶν Μουσουλμανῶν γενεάς.

Abubaker vero diu exspectabat ut Muhammed reverteretur. Cum vero populus videret illum non redire, illius oblitii sunt, et dixerunt. Afferatis scripta quæ vobis tradidit Muhammed, ut simul colligangantur, et ex illis unum fiat volumen. Successit vero Abubaker in locum Muhammedis, et caliphatus seu vicariatus munus et dignitatem obtinuit. Erat vero Otmanes scriba eximius et celeberrimus. constituit autem illum Abubaker ut omnia Muhammedis scripta colligeret, ex illisque unum conflaret volumen quod nunc ubique venit sub nomine Alcorani. Ista vero exsecutioni mandavit sicut decreta fuerant. Et istius libri autographum seu prototypus manu ipsius Othmani scriptus et exaratus adhuc hodie asservatur in Trulla Ecclesiæ Joannis Baptistæ præcursoris Domini Jesu Christi, in urbe Damasci, in loco qui dicitur Tsemeen, qui est loci Synagoga. Ibi asservatur Alcoranus tuus. Continet vero innumeras nugas, et figmenta nullo tibicine et fundamento suffulta. Verbi gratia quod Abrahamus patris idola confregerit, quod Moses mare diviserit viamque populo paraverit qua sicco pede populus pertransierit. Pharao vero aquis mersus fuerit, quod Noe arcam condiderit, quod cete

C Ὁ δὲ Ἀποπάκρης ἐπερίμενε τοῦ ὑποστρέψαι. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἦλθεν ἀπεμενοίμνησαν αὐτὸν καὶ λέγουσι πρὸς τὸν λαόν· Φέρετε τὰς γραφὰς αὐτοῦ, ἃς δέδωκεν ὑμῖν ὁ Μουχάμετ, ἵνα συμπευθῶσι καὶ γένωνται βιβλίον ἕν. Καὶ ἐκάθισεν ὁ Ἀποπάκρης χαλιφάτης ἀντὶ τοῦ Μουχάμετ. Ἦν δὲ Ὀθμάνης γραμματικὸς πάνυ. Καὶ ἐπέταξεν αὐτῷ ὁ Ἀποπάκρης σωρεῦσαι πασας τὰς γραφὰς τῷ Μουχάμετ ποιῆσαι αὐτὰς βιβλίον ἓν τὸ λεγόμενον Κουράνιον. Καὶ πεποίηκεν τοῦτο καθὰ ὁρίστησεν. Καὶ τὸ πρωτότυπον τούτου ἐκ χειρὸς τοῦ Ὀθμανου κεῖται εἰς τὴν Τροῦλλαν τῆς ἐκκλησίας τοῦ Προδρόμου εἰς τὴν Δαμασκὸν εἰς τὸ Τζεμεὴν λεγόμενον, ὅ ἐστιν Συναγωγὴ τόπου. Καὶ ὅπου ἐστὶν τὸ Κουράνιον σου· περιέχει φλυαρίας καὶ λόγια ἀθεμελίωτα, ὅτι Ἀβραὰμ

D ἔθλασεν τὰ εἴδωλα, ὁ Μωϋσῆς ἔσχισε τὴν θάλασσαν καὶ ἐπέζευσε τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ Φαραὼ ἐποντίσθη, Νῶε ἐποίησε κιβωτὸν, Ἰωνᾶν κατέπιε κῆτος, Χριστὸς νεκροὺς ἀνέστησεν, Ἰωσὴφ ἐκληρονόμησεν Αἴγυπτον, Δαβὶδ Ψαλτήριον πεποίηκεν, Σολομῶν τὰς λέξεις τῶν θηρίων καὶ τῶν πετεινῶν ἐγνώρισεν, καὶ ὁ Μουχάμετ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβη, καὶ συνήντησεν τῷ Χριστῷ, καὶ συνέτυχεν αὐτῷ καὶ εὗρεν ὁ Μουχάμετ, ὅταν ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν, γεγραμμένον εἰς

